


HISPANIA NOVA TABVLA



Quarta additarum & sexta in ordine.



Hæc tabula cōtinet Hispaniam, quæ terminatur ab ortu ma-
 ri mediterraneo, ab occasu Oceano occidentali, a meridie fre-
 tu Herculeo, quod strictum zibelterræ dicitur, a septentrio-
 ne Pyrenæis montibus, qui eam à gallia segregant. Hæc re-
 gio fuit ab antiquis in tres diuisa partes, in Beticã scilicet,
 Lusitaniam, & Tarraconam. at nunc Betica tres habet pro-
 uincias: Granatam nempè, & eiusdem nominis ciuitatẽ Andalu-
 ziam, & Siui-
 liam ciuitatẽ, Extremaduram, & Meridam ciuitatẽ Augusta Emerita olim.
 Lusitania duas habet prouincias Portugalliam, & ciuitatẽ Lisbonam, Olio-
 spon olim, Galiciam & Compostellum ciuitatẽ. Tarracona nouem possidet pro-
 uincias, Aragonẽse regnum, & Saragosam ciuitatẽ, Cæsar augusta dicta olim,
 Nauarræ regnum, & Pampalonam Urbem, Pamplon olim: Cataloniam & Bar-
 felonam ciuitatẽ, Barcinon olim. Bizcaiam, Cantabria olim, & Viluaõ ciuitatẽ.
 Castiliam ueterem, & Burgos ciuitatẽ, Bramum olim. Castiliam nouam, & To-
 letum ciuitatẽ Leupuscham, & ciuitatẽ S. Sebastiani, Easo olim. Valentia re-
 gnum, urbemq; valentiam. Murcia regnum, & Murciam ciuitatẽ. Præter has
 multæ sunt ciuitates insignes. Fluuij principales. 6. sunt i hispania, Migno, Minius
 olim, Duerus, Doria olim, Taio Tagus olim. Betis, Gualdaquibir hodie. Iberus,
 Ebro nunc, & Guadiana. Episcopales, & Archiepiscopales multæ reperiuntur ciuit.
 In-
 sula tres subiiciuntur regno Valentia, Ieuiza, Maioricha, & Minoricha. Hispan-
 niam autem, sic esse dictam putant, ab Hispalo eorum rege decimo, quemadmodũ
 à Beto rege, Betica, à Luso rege, Lusitania, & ab Ibero. Iberus fluius dictus est.
 Hodie uero floridissima regio est, & multum in rebus bellicis ualet, & in re nau-
 tica. Ab Italis inuentus est nouus Orbis, ab eis completè cognitus, et acquisitus,
 & regi eorum subditus. Lusitani eorum navigationibus, totam Aphricam, Cale-
 cutum, aliasq; insulas minimè notas, cognouerunt. Castellani post primam, se-
 cundamq; Christophori Columbi Ienuensis Clarissimi navigationem, & post co-
 gnitionem America, ab Americo Vesputio florentino traditam, Occidentem uer-
 sis, multas alias inuenerunt regiones, insulasq;: & ut uno uerbo dicam, totum se-
 re circuerunt orbem. Traiectio ad occidentalem partem a castellanis, fit ab insu-
 la Caliz, Lusitani à multis Lusitaniæ partibus iter soluunt Aphricam uersus.
 Latitudo Hispania à 36. usq; ad 45. gradus fere se extendit, scilicet 9 gradus
 est longitudo a 4. gradibus ad 19. fere scilicet 15. quasi gradus est. & hoc secun-
 dum neutericam obseruationem: aliter enim se habet antiqua longitudo.



5241/3

